



BIBLIOTHEC

RHETORICUM

PN4103

.L4

1747





BIBLIOTECA

BIBLIOTECA

LIBRERIA



8.08 = 7 f



**BIBLIOTHECA  
R H E T O R U M  
P R Æ C E P T A E T E X E M P L A  
C O M P L E C T E N S  
Q U Æ T A M A D O R A T O R I A M F A C U L T A T E M ,  
quàm ad P O E T I C A M pertinent,  
D I S C I P U L I S P A R I T E R A C M A G I S T R I S  
perutilis.  
O P U S B I P A R T I T U M .**

**A U C T O R E  
P. GABRIELE FRANCISCO LE JAY,  
E SOCIETATE JESU.**



**VENETIIS, MDCCLVII**

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

ACCESSION DE LITERATURE

1747

111584



PN4103

L4  
1747

BIBLIOTHECA

RHETORUM

In illo libro se incontrarun

mucha cora buena

OPUS BIPARTITUM

Dox. Eustaquio Fernandez



VENETIIS, MDCCXVII

LIBRARY

22/09/08

EMINENTISSIMO

S. R. E.

CARDINALI  
MELCHIORI DE POLIGNAC  
RERUM GALLICARUM  
APUD SUMMUM PONTIFICEM  
ADMINISTRO.



Am diu est, quod Bibliotheca qualiscum-  
que nostra sub auspiciis tuis prodire gestit  
in lucem, **CARDINALIS EMI-  
NENTISSIME.** Nam quem alium  
illa Patronum cupidius ambiat, ab eo, qui  
nascentem tam benignis oculis aspexit; &  
rudioribus informatam lineamentis sic excepit comiter, sic  
amicè complexus est, ut novos, dum adolesceret, adjece-  
rit stimulos, & maturitatis alicujus compotem latissima  
cujusdam sortis expectatione recrearit?

Ego certè damnare non possim vel ambitiosa plus a quo  
Bibliotheca nostra vota; quibus optatus inprimis mihi ape-  
ritur aditus testandi apud omnes, quorum in manus illa  
inciderit, devotissimum meum erga te studium, & exi-  
miam pro tua in me tam proluxa benignitate referenda  
gratia voluntatem.

Quantum enim Tibi debeam, **CARDINALIS  
EMINENTISSIME,** qui me politioris Literatu-  
ra, cujus imperium nemo est Tibi qui non deferat, in  
commercium admiseris: qui mihi singulare prorsus & verè

\* 2

aureum

28710



aureum Poema illud legendum permiseris, in quo divinam Providentiam ab inficetis Lucretii erroribus tam scienter, tam magnificè vindicas: qui Societati nostræ, & meæ singularim sollicitudini credideris delicias tuas, spem dulcissimam antiquæ Domus, quæ per continuam septingentorum annorum seriem tot Vicecomites Poliniacos armorum gloria, honorum insignibus, rerum gestarum laude conspicuos procreavit? Geminam dico amantissimi Fratris tui Vicecomitis sobolem, cujus instituendam, formandam, erudiendamque pueritiam Tibimet uni reservaveras, quorum animis tam multa jam inseruisti felicitatis animæ tuæ semina, ut Te non vultu modo, sed indole, moribus, comitate, quantum per ætatem licet, contemplandum exhibeant.

Verùm aliò Te vocabant rerum Gallicarum commoda; & qui tam varios apud Europæ populos hujus imperii majestatem egregiè sustinueras, Te publica etiamnum utilitas contritum quibuscumque negotiis atque habilem Ministrum postulabat. Nam ubi tandem excelsam mentem illam, quam nactus es, & magnarum rerum capacem illustribus monumentis non consignasti? Quis non suspexit in Te exultum omnibus Disciplinis, omnibus ornatum Literis ingenium; quo fit, ut de quacumque facultate disertius, expeditius, elegantius multo differas, quam qui res illas speciatim profitentur? Est aliquis, qui non senserit vim & illecebras illius Eloquentiæ, quæ sic demulces ac rapis omnium animos, ut dum Trajecti ad Rhenum cum summa potestate Gallica tuebaris jura, & coram amplissimo confessu perorabas, vel ii ipsi, qui nitebantur contra, faterentur ultro, nihil esse prorsus, quod non evinceret, nisi privata cujusque rationes plerumque facerent, ut videntes & probantes meliora, deteriora sequi cogerentur?

Hinc illi omnium Ordinum plausus & publica Romæ totius exultatio, cum, erecto ad summi Pontificatus api-

cem

cem Benedicto XIII. redire Te ad nos properantem sapientissimi Regis voluntas detinuit, & Gallicis rebus moderandis præfecit. Novit scilicet Itala gens suum Te jam diu hospitem experta, quid de prudentia tuâ, sagacitate, solertia sentiendum sit. Ut jucundus omnibus & affabilis respicis neminem, nec quemquam recedere à Te tristem pateris; ut imis pariter ac summis Te affatim impendis; ut fastus osor cujuscumque dignitatis etiam tuæ interdum amas oblivisci, dum Te ad omnium caput atque indolem accommodas. He sunt illecebra, **EMINENTISSIME CARDINALIS**, quibus devincis animos atque voluntates.

Quamquam itane mirum est, quòd Te Itali venerentur tantum ac diligant, qui sui erga te studii magnum auctorem habent in ipso Pontifice Maximo, qui Te non ita pridem leviore tentatum agritudine peramanter invisit, & sincerus virtutum tuarum admirator Tibi tam impensè gratulatus est.

Hoc ego fretus omnium de Te judicio non dubitavi, quin partem aliquam humanitatis Bibliothecæ nostræ imperitres; quæ, si deterius spe sua Tibi fortè placitura sit, non displicebit certè ipsius Auctoris animus, qui nihil tam velit, quàm videri, uti revera est,

CARDINALIS EMINENTISSIME.

Tibi deditissimus  
GABRIEL FRANCISCUS LE JAY  
à Societate JESU.